



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculum Approbandorum Bipartitum**

**Unczovsky, Marianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1693**

Quæstio IV. In qua de usu Scientiæ prudenti Confessione durante.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37308**

vi, propterea, quòd solùm cond-  
 natam voluntatem restituendi hab-  
 videlicèt : si moriatur, unde si  
 mortem restitutio fieri potest, ad  
 endam adhortarer.

### QUÆSTIO IV.

In qua

*De usu Scientiæ prudenti Confes-  
 sione durante.*

*Vicar.* **A**D quæ exprimenda obli-  
 tur Confessarius Pœnitentiam  
 tem in Confessione, quam excipere  
 adigere?

*Sac.* Juxta præceptum Ecclesiæ ad  
 merum peccatorum mortalium, et  
 ciem peccati, cum sui circumstanti-  
 mutante speciem.

*Vicar.* Non ad numerum venialium.

*Sac.* Non : horum enim, utpotè  
 necessariò confitentorum, neque nu-  
 merum, neque circumstantias dicere  
 tenetur.

*Vicar.* Sed quæ hujus distinctæ, & m-

merica peccatorū cognitionis à Con-  
cilio requisita ratio?

*Sac.* Ut status conscientia Pœnitentis  
cognoscatur, indeq; rationabile for-  
metur iudicium, cum inunctione pœ-  
nitentia discretæ, & præscriptione re-  
mediorum pro peccato vitando.

*Vicar.* Quomodo ergo dicere oportet  
Pœnitentem?

*Sac.* Oportet ut dicat v. g. *juravi, com-  
misi furtum, fornicatus sum, &c. tot &  
tot vicibus, vel circiter, plus, minus &c.*

*Vicar.* Non sufficit dicere: *juravi fre-  
quenter, vel pluries, vel toties, ut non  
sciam numerum?*

*Sac.* Non, oportet determinare cer-  
tum numerum, prout præsens cog-  
nitio, & existimatio suadet, quam hic &  
nunc aliquis habet, neque hic timeat  
Pœnitens de comissione alicujus men-  
daci, nam stante hâc consideratione,  
& probabilitate, non foret nisi mate-  
riale, ab omni peccato exemptum co-  
ram DEO.

Vicar. Nunquid plerique Pœnitentibus ob nimiam peccatorum suorum multitudinem, videntur quasi impotentibus ad exprimendum certum numerum peccatorum. *Sac.* Dicant saltèm suam ad peccandum habitudinem, v. g. *continuarunt* peccatum tanto tempore illud committendo, tot & tot vicibus, plus, minus, per mensem, per diem &c.

Vicar. Sed quid cum illo, qui in Confessionibus factis bonâ fide non est confessus numerum peccatorum mortalium. *Sac.* Si Pœnitens ille confitendo alicui docto deprehendatur subticuisse numerum, opus non erit, ut Confessiones factas reiteret, siquidem Confessiones bonâ fide factæ fuerunt validæ, & ideo à quibusdam Theologis consuevitur, ut simplici plebi scrupulus non injiciatur, illi Confessiones tanquam invalidas damnando, eò quòd ex ignorantia, & bona fide numerum suorum peccatorum non determinaverit, sed relinquatur in sua bonâ fide, ac in futurum instruatur. *Vic.*

*Vicar.* Putarem tamen expedire, ut Pœnitens ille reducat ad mentem salutem aliquem verisimilem numerum peccatorum mortalium, alioquin sine numero confessorum, illaq; cum tali numero confiteatur?

*Sac.* Id ipsum existimo & ego.

*Vicar.* Quid si Pœnitens utatur superfluis locutionibus, & historijs in declaratione suorum peccatorum?

*Sac.* Obligatur Confessarius cum debita lenitate rescindere omnia; insuper adverto, quòd, si Pœnitens intrà confitendum notetur velle nominare aliquem, illicò silentium ipsi debeat imponi, hisce vel similibus verbis: *non licet diffamare quemquam.*

*Vicar.* Si Confessarius adverterit Pœnitentem laborare difficultate aliquâ, & repugantiâ circa peccatum aliquod enorme aperiendum?

*Sac.* Judico verbis charitativis debere illi addi animum, ut cuncta declarans nihil reticeat, ponendo ei ob oculos

B 5

pe-

pericula emergentia ex ejusmodi polita  
 centia sacrilega. Sac.

*Vicar.* Quæ discretio in Confessio cum  
 necessaria, supplente incapacitate stus n  
 Pœnitentis per interrogationes? non

*Sac.* Judico Confessarium interrogi luxu  
 debere circa illa solùm quæ probabi proce  
 ter à suo Pœnitente comissa fuisse cogit  
 istimabit, nihil omittendo eorum, qu limit  
 necessariò dicenda viderentur: qua *Vica*  
 vis autem ex oblivione aut inadve niter  
 tentia omitteret aliquam interroga di co  
 onem necessariam, non propterea pe Sac.  
 caret, nisi fortè venialiter, propter relic  
 vem negligentiam. abso

*Vicar.* Exponente cum aliquali diffi tem  
 cultate peccata carnalia Pœnitente ad p  
 quomodo illi occurrendum? *Vica*

*Sac.* In terminis honestis, non plus n pian  
 trà necessitatem inquirendo, nè for cano  
 ex imprudenti inquisitione Pœniten Sac.  
 potius addiscat vitia, quàm ab eis mni  
 trahatur. am

*Vicar.* Unde ergo incipiendum, sup quin  
 po pec

positâ interrogationum necessitate?  
*Sac.* A cogitationibus, num fuerint  
cum consensu? quodsi Pœnitens ca-  
stus respondeat, se non consensisse,  
non est progrediendum ultra ad actus  
luxuriæ; si verò fateatur consensum,  
procedendum erit quasi per gradus de  
cogitationibus ad desideria &c. intra  
limites honestatis.

*Vicar.* Quomodo agendum cum Pœ-  
nitente in proxima occasione peccan-  
di constituto?

*Sac.* Absolvendus non est, nisi se illam  
relicturum spondeat; hinc talem non  
absolverem, nisi contritum, & haben-  
tem verum propositum non redeundi  
ad peccatum.

*Vicar.* Sed quando dicendus est quis-  
piam esse in proxima occasione pec-  
candi?

*Sac.* Tunc, quando pensatis mature o-  
mnibus circumstantiis per experienci-  
am scit, se non posse in illa reperiri,  
quin non statim, vel quasi statim in  
peccatum labatur.

*Vi-*

*Vic ar.* Quid autem agendū Pœnitentē  
 vel quid eidē dicendū stante occasio  
 pr oximā, quæ absq; maxima difficultate  
 te relinqui non potest, & fortè notū  
 cum infamia, vel notabili detrimento  
*1<sup>a</sup> Sac.* Scio accidere occasiones, in quibus  
*2<sup>a</sup>* ex necessitate quadam potiùs, quam  
 cum affectu ad peccatum quis maneat  
 quare ejusmodi Pœnitentē adigere  
 ad propositum primā comoditate ob  
 latā, occasionem illam vitandi, omni  
 nesq; vires adhibendi, nè relabatur  
 idcirco si quispiam versabitur in pro  
 xima occasione peccati carnalis, ad  
 gam eum ad habendum propositum  
 tandi colloquia, omnesq; familiaritate  
 tes, non conversandi in locis pericu  
 losis &c. quodsi in executione horum  
 nullam in Pœnitente reverso diligen  
 tiam, aut emendationem adverterem  
 tanquam cum ejusmodi affectu virtus  
 liter volentem peccatum, & non con  
 tritum, rejicerem.

*Vicar.* Sicnè etiam procedendum cum  
 Pœ



Pœnitente non corrigēte malam consuetudinem peccati mortalis, v.g. *blasphemia &c.*

*Sac.* Ità sanè: quare & hic, ut Absolutionis sit capax, firmum habere debet consuetudinis corrigendæ propositū, vitareq; occasiones externas, quæ morale & proximum illius consuetudinis peccandi periculum adferunt:

*Vicar.* Ergo qui non corrigit talem consuetudinem, quam sub mortali corrigere tenetur, præter peccatum ipsius blasphemix peccat novo peccato omissionis?

*Sac.* Sic sentio.

*Vicar.* Quid si se susteret quispiam, qui induxit alios ad mortalia peccata?

*Sac.* Obligabo eum, ut fatagat ejusmodi personas inducere ad pœnitentiam.

*Vicar.* Quæ praxis observanda circa relapsos?

*Sac.* Si Pœnitens semper in eadem peccata relapsus, explosis Confessarij monitis, de die in diem reddatur deteri-

or,

or, tanquam non contritus, neq; firmum de cætero non peccandi propositum habens, absolvendus non est, quanquam non ignorem relapsū non semper falsæ pœnitentiæ signum esse, sed quandoq; fragilitatis.

*Vicar.* Quid agendum Confessario animadvertenti Pœnitentem esse in bona fide cum ignorantia invincibili circa aliquod peccatum commissum, vel committendum?

*Sac.* Si præviderem, quòd Pœnitens quamvis instrueretur & à sua bona fide ac ignorantia per ipsius peccati declarationem retraheretur, non idcirco tamen à peccato recessurus sit, imò prudenter adverterem admonitionem nihil profuturam: judico me Pœnitentem monere non teneri, tum quia monitio, aut instructio mea foret inutilis, tum quia non tam in emolumentum, quam potius detrimentum vergeret Pœnitentis.

*Vicar.* Si tamen Pœnitens aliquod pateretur dubium?

*Sac.*

*Sac.* Sentio me obligari aperire veritatem, esto scirem Pœnitentem monitis ac dictis meis nō obtemperaturū, non enim ignoro per remorsum ortum in Conscientia ex dubio, an quod egit, vel agere intendit sit peccatum? bonam fidem excludi.

**QUÆSTIO V.**

*De Prudentia quoad formandum discrimen inter peccata mortalia, & venialia.*

*Vicar.* **Q**uomodo intelligendus ille textus Apostoli: *si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est?*

*Sac.* Intelligi debet de venialibus peccatis, quemadmodum & ille alius: *septies in die cadit iustus.*

*Vicar.* Sed quæ radix vel causa impellens hominem ad tam frequentem casum in veniale, & non rarum in mortale?

*Sac.*